208[1] *Questi zentilhomeni sono venuti a Consejo per danari prestadi, justa la parte presa nel Consejo di X con la zonta, oltra li primi notadi dil mese di Novembrio et Dezembrio:*

Sier Francesco Pixani di sier Alvise, qu. sier Zuane *dal Banco.*
Sier Andrea Malipiero, qu. sier Polo, qu. sier Marco.
Sier Polo Trivisan, qu. sier Vicenzo, qu. sier Marchiò.
Sier Zuan Alberto di Garzoni, di sier Vetor.
Sier Zuan Barbarigo, qu. sier Andrea, qu. Serenissimo.
Sier Hironimo Badoer di sier Anzolo, qu. sier Renier.
Sier Hironimo Griti, qu. sier Marco, qu. sier Luca.
Sier Hironimo Marzello, qu. sier Francesco, qu, sier Vetor.
Sier Gabriel Benedetto di sier Domenego.
Sier Vicenzo Grimani di sier Francesco, qu. sier Piero.
Sier Zuan Alvise Grimani, qu. sier Zaccaria, qu. sier Bernardo.
Sier Domenego Griti di sier Hironimo, qu. sier Batista.
Sier Hironimo Lion, qu. sier Francesco, qu. sier Jacomo.
Sier Jacomo Viturі di sier Alvixe, qu. sier Bortolamio.
Sier Zuan Batista Baxadona, qu. sier Zuan Francesco, qu. sier Hironimo.
Sier Zuan Batista Morexini, qu. sier Lorenzo, qu. sier Lorenzo.
Sier Jacomo Barbarigo, qu. sier Zuanne, qu. sier Antonio.
Sier Zuan Erizo, qu. sier Beneto, qu. sier Francesco.

210[2] *Exemplum*

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæque etc. Dominus et hæres. Illustrissimo Principi et Domino Leonardo Lauredano Duci Venetiarum etc. amico charissimo, salutem, et perpetua amicitiæ incrementa. Illustrissime Princeps et Domine Amice Carissime.

Cum ex vestris fælicibus actionibus, quandocumque accidunt et ad aures nostras deferuntur, propter vetustam inter domum nostram et Dominium istud benivolentiam, magnam habere lætitiam solemus, faventes ex animo V. C. et istius Inclito Dominii omne felix, et faustum, sic etiam ea quæ nobis in hoc bello, quod nobis magnus dux Moscoviensis sacramento nobis fœderis confracto intulit, fæliciter ipso die natalis Gloriosæ Virginis optime Deo favente acciderunt, V. C. et suo sapienttssimo Senatui significanda putavimns. Urgebat namque hostis ipse magnus dux Moscoviensis Nos et dominia nostra magni ducatus Lithuaniæ a duobus annis bello atrocissimo, et tamen non sine suo incommodo. Cum itaque, anno præterito, nihil proficere adversus nos potuerit, anno praesenti instruxerat exercitum ex octuaginta millibus hominum, quo exercitu dominia nostra vastabat solito crudelius, et arces quasdam doli adminiculo nobis eripuit. At nos, hostis superbi malitiam non ferentes, spem in Dominum Deum posuimus, et comparato exercitu non contemnendo, in ipsum duximus, cumque stationibus suis nostrum exercitum appropinquare sentiret, retrocedere cœpit, fortassis exercitum nostrum circumvenire aliquibus insidiis volens. At noster exercitus progrediens, vigesima septima Augusti particulari prœlio certas ex hostis exercitu copias vicit. Item similiter, kalendis Septembris, alios multosque insignes captivos cœpit. Ea vero felicitate, tamquam præludio fausto accensus, noster exercitus hostilem exercitum deterritum insequutus est usque trans Boristenem, quem nando celeriter traiecit, ne hostem negligeret. Cumque tam noster quam hostis exercitus trans Beristenem existerent et manus confererent, noster exercitus Deo favente superior et integrior remansit, hostis exercitu victo; cæsa namque sunt supra triginta milia hostium a nostris, et reliquus exercitus fusus, et fugatus totis campis, ita quod nostri omnes potissimos duces et satrapas hostis ipsius detinuerunt, signisque et castris hostem spoliarunt. Sunt enim adducti nobis captivi decem primores duces et triginta septem consiliarii et barones etiam primores: item nobilitatis turba supra duo milia. De nostris vero, licet multi saucii existant, tamen pauci desiderantur.

Hæc vero victoria nobis a Deo optimo de hoste fidefrago et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ infensissimo, Christianæ Reipublicæ procul dubio non parum commodi afferre poterit.

Quapropter, Illustrissime Princeps, congratuletur nobis C. V. et Deo Omnipotenti nobiscum gratias agat, ut veteris amicitiæ testimonia inter do- 210*

(1) La carta 207* è bianca.
(2) Le carte 208* e seguenti sono bianche.